

Dispvtationes Theologicae

Quatuor Tomis distinctæ: Qvibus Vniversa Theologia Scholastica Clare,
Breviter & accuratè explicatur

De Deo, Et De Angelis

Martinon, Jean

Burdegalae, 1644

Sect. 1. Præmittu[n]tur aliqua de subsiste[n]tia, siue hypostati, supposito,
& persona.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73898](#)

Disp. XXVI. de Trinitate, Sect. I.

nomen, Persona, secundum rationem est commune tribus personis diuinis. Huic sive D. Thom. cuius doctrina sequentibus sectionibus explicabitur.

SECTIO I.

Premittuntur aliqua de substantia sua, hypothesi, supposito, & persona.

HYPOSTASIS, sive substantia, somit hoc loco non pro natura ipsa & essentia, vel etiam propoto supposito? quo utroque sensu sumpta fuit olim non raro à S. Patribus & Conci, ut pluribus adductis eorum testimoniis probat Didacus Ruis disp. 31. sect. 3. & 4. Sed strictè, prout nunc sumitur à Theologis, pro eo quod substantia aut suppositum addit supra rem vel naturam quæ substantia. Cùm enim ex mysterijs Trinitatis & Incarnationis habeamus aliquam esse differentiam inter naturam & suppositum: siquidem Verbum assumpsit naturam humam, & non assumpsit suppositum humatum: & in Trinitate sunt tres Personæ, seu tria supposita realiter distincta, cùm tamen unica sit natura: neque communicatur suppositum quæ suppositum, quando communicatur natura: Cùm, inquit, habeamus aliquam esse differentiam inter suppositum & naturam, & suppositum addere aliquid supra naturam, id est, non esse naturam simpliciter: placuit Theologis restringere vocem hypothasis ad significandum illud, quod suppositum addit supra naturam simpliciter. Quid autem illud sit non conuenit inter Theologos.

Sunt enim qui existimant hypothasim sive substantiam nihil addere natura substantiali aut rei substanti, præter negationem actualis & apropitius dependentiæ ab alio supposito: ita nimis ut talis natura neque dependeat actu, neque naturaliter apta sit dependere ab alio supposito. Quæ opinio est Scotti in tertio dist. 1. qu. 1. §. Ideo propter ipsum: Et dist. 6. q. 1. Sed meritò rejecitur communiter: primò quia natura diuina sumpta, præcisè à proprietatis, neque actu pendet, neque naturaliter est apta pendere ab alio supposito: & tamen ut si præcisa non est substantia, sed substantia per tres proprietates hypotheticas Patris, Filii, & Spiritus sancti. Secundò, hypothasies illæ diuinae non sunt negationes, sed aliquid positivum. Atque persona diuina constitueretur in uno esse substantiali & proprio per negationes, id est, per non ens: distinguenterque realiter ab ipsius sola negatione, adeoque per illam intrinsecè constituerentur. Vnumquidque enim distinguatur realiter ab alio, per id quod est. Et quod constituit rem in suo esse, distinguit

illam à qualibet alia. Ac vice versa, quæ distinguit formaliter, constituit: quia vnumquidque eodem formaliter quo est ens, est vnum, id est individuum in se, & divisum seu distinctum à qualibet alio. Item, sequeretur mysterium Trinitatis addere tantum essentia diuinæ tres generationes: & verbum diuinum terminare naturam humanam sola negatione, ac negationem esse terminum formaliter vniuersitatis hypotheticæ: quæ omnia sunt falsa & absurdæ. Tertio, illa opinio reddit vanas & ridiculas definitiones. Concluvorū affirmantium verbum assumptissimum naturam, non personam. Sensus enim est, Verbum vniuersum sibi naturam, non relinquendo illam non viciam. De quo quis sanus dubitet? Itaque substantia, sive creata, sive increata, non constituit in predicta negatione.

Alij secundò dicunt suppositum completri per existentiam, ita ut substantia formaliter non sit aliud, quam existentia rei quæ substantia. Ita sententia Capreoli in 3. dist. 5. q. 3. art. 3. ad argumenta contra secundam conclusionem. §. Ex quibus appetuntur. Sed hæc sententia non minus quam præcedens, reiicienda est. Nam humanæ assumpta à Verbo, habet propriam & naturalem existentiam: & tamen non habet propriam & naturalem substantiam seu personalitatem. Ergo substantia non est sola existentia rei quæ substantia. Minor est de fide. Maiorem autem suppono esse evidenter ex Metaphysica: quia existere formaliter nihil aliud est, quam est actu in rerum natura: Ergo existentia rei nihil est aliud, quam es ipsa prout est actu in rerum natura: Est autem actu per seipsam formaliter. Neque potest existere, & non esse ipsam actum secundum se. Neque etiam potest existere formaliter per aliud à se distinctum: quia quidquid nisi ponatur, nisi ponatur ipsam, & sic actu non existit. Si autem ponitur ipsam, & est actu in rerum natura: id est formaliter & præcise, ac primo existit: quia ipsam actum est. Quare humanæ Christi non existit formaliter per hypothasim Verbi, sed per seipsum, ut actu possum in rerum natura: & habentem propriam entitatem actualem distinctionem ab hypothesi Verbi.

Alij tertio volunt suppositum compleri per existentiam, & characteristicas proprietates accidentiaris. Ita Iauel. 7. Metaph. q. 17. Sed hæc sententia, quod attinet ad existentiam, refutatur eodem argumento, quo præcedens. Quodammodo vero proprietates accidentiaris, refellitur primo, quia suppositum est substantia ultimè completa in esse substantiali. Ergo substantia; per quam ultimè completur in esse substantiali; non est

Substantia non est ipsa rei existentia.

Neque existentia & characteristica proprietates.

accidens, aut accidentia. Impossibile enim est substantialiam compleri formaliter in esse suo substantiali per accidentia. Secundò, Christus habebat existentiam naturalem, & omnes characteristicas proprietates accidentales: quarum nullam Christo defuisse affirmat Concilium Lateranen. sub Martino. I. can. 5. & 9. & sexta Synodus generalis act. 4. Et tamen Christus non habebat substantialiam naturalem. Ergo substantialia non est formaliter existentia, & characteristicae proprietates accidentales. Tertiò, in personis diuinis nullæ sunt characteristicæ proprietates accidentales: & tamen est vera ratio suppositi, & Personæ. Ergo proprietates illæ characteristicæ non sunt de ratione suppositi.

Aj. quarto, ut Caiet. p. q. 4. art. 2. docent complementum suppositi esse medianam quandam entitatem inter naturam, & existentiam. Sed non explicant, neque explicare possunt, quoniam sit illa entitas media. Et male supponunt existentiam naturæ distinguere a natura, quod peculiari est, ut illa entitas possit esse media inter naturam, & existentiap.

Alij quinto dicunt substantialiam nihil aliud esse, quam totalitatem naturæ substantialis individuæ: ita ut subsistere nihil sit aliud, quem esse substantialiam individualiam totam: & quando definitur substantiens esse Ens per se, illud per se, significet triplicem personalitatem oppositam tritici modo clementem in alio: nempe vel tanquam in inferiori, sicut genus est in speciebus, & species in individualibus: vel secundò, tanquam in subiecto, sicut accidens est in substantia: vel tertio, velut in toto, sicut anima est in homine, & materia & forma sunt in composito, seu corpore naturali. Primus modus essendi in alio excluditur: hac particula definitionis, Prima, id est, individualia, & singularia. Secundus excluditur voce Substantia. Tertiis voce Persona. Quam sententiam recens accurate statam à Tiphani in lib. de hypostasi, persona, q[uod] post hanc scripta venit in manus meas, fuisse refutamus, & refutabimus in tractatu de Incarn. disp. 7. sc. 2. & 3. Interca vero ex dicendis paulo post nū. & sequentib[us] patchit esse reiijcendam.

Alij sexto affirme subistentiam in ebus creati, non personalibus à subiecto, esse ipsam actionem creatuarum, per quam sunt ex nihilo: quia per illam res creata constituitur sufficienter independens à subiecto. Sed contra: Primo, materia & anima rationalis Christi Domini existunt per veram creationem independenter à subiecto ex quo educantur: & non nos subsistunt per illas: sed loco propriæ subsistentiæ terminantur à Verbo hypostatico. Ergo creatio non est formaliter ipsarum subsistentia. Secundò, creatio non est in se creata, sed est ipsam vires creantis, ut se exercent circa rem, quam prouidit ex nihilo, ut suppono ex dicendis alibi,

& ex doctrina D. Thomæ I. p. q. 25. a. 3. ad. 2. & 3. Res autem creatae non subsistunt formaliter per aliquid extrinsicum, & neque ipsis identificatum, neque physicum. Ergo creatio non est illarum subsistentia. Tertiò, creatio constituit quidem, in genere causa efficienti, rem creatam independentem à subiecto: sed non formaliter: & ad conceptum subsistentiæ non sufficit rem existere independenter à subiecto: sed debet etiam existere, independenter ab alio, ut supposito, eisque vltimè terminata secundum existentiam substantialiem. Quia de causa materia, & anima rationalis in Christo non subsistunt per se, quia pendunt à supposito divino, ab illo quo terminantur hypostaticæ.

Vera, & communior sententia est, subsistentiam esse complementum existentia natura substantialis aperte naturaliter stare per se, & modum essendi per se reali, & positivum oppositum modo essendi in alio, sive ut supposito terminata hypostaticæ, quo pacto humana Christi natura est in Verbo, sive ut subiecto sustentanti, quod motus est proprius accidentium, & formatum materiali. Ita ex illo duplex sequuntur incommunicabilitas. Una, per quam persona, vel qualibet alia res subsistens communicetur alteri tanquam suppositi, & terminanti hypostaticæ. Res, inquam, subsistens, ut talis, & in sensu composito: nam in sensu dimitio non repugnat naturam, aut rem quæ subsistit, communicari alteri supposito: sicut natura Patris comunicatur Filio, & Spiritui sancto: sed Pater, quæ pater, est incommunicabilis alteri supposito. Alia est, qua excluditur communicatio rei substantientis alteri, ut subiecto sustentanti: sicut accidentia, tam spiritualia, quam materialia communicantur subiectis: & formæ substanciales materiales communicantur materia, ex qua educuntur, & à qua sustentantur.

Itaque sicut accidentia, & formæ materiales habent pro naturali complemento sua existentia modum existendi in alio, sine quo naturaliter existere non possunt, defectu naturalis sufficientia ad standum vi propria, & per se, id est, non in alio ut sustentante: sic ex opposito recipi, quæ substantiant, habent pro naturali complemento sua existentia modum essendi per se, id est, standi vi propriæ vel vltimi sensu naturalis sufficientie non indigentis administriculo subiecti, aut sustentanti, vel alterius suppositant, & terminanti hypostaticæ, imo etiam incapacis illius in sensu composito. Ac sicut natus est vltimus terminus, & vltimum complementum accidentium, & formarum materialium, secundum existentiam id est, illis necessarium, ut connaturali modo existant: sic modus ille essendi per se en vltimus terminus existentia, & complementum vltimum secundum existentiam earum rerum, quæ subsistunt, plane illis necessarium, ut existant connaturali modo. Huncesse verum, conceptum subsistentiæ probatur, cum ex

Neque
atio crea-
ciua.

refutatione omnium aliarum opinionum, tuis ex ipsa explicatione iam tradita, quae per se probabilis & acceptabilis est. Et confirmari potest auctoritate sanctorum Patrum qui simil modo rationem propriam substantiae describunt: ut Cyril. & Alex. & Anatal. Patriarcha Theopolitanus in compendiaria explicatione fidei, quae utique inscribitur, inter principium, & medium, quando dicunt substantiam in concreto sumptam pro re substantie, ut solet accipi a Patribus, & Conciliis antiquis, esse rem, qua per se est, neque altero indiget ad hoc ut ipsa subsistat: sed nimis ratione suæ perfectionis, & sufficientiae naturalis id habet. Et Boët. lib. de duabus naturis, ubi de Deo sic loquitur: *Est hypostasis, id est substantia: substantia enim natus indigens.* Et VII. Synodus generalis act. 6. tom. 3. post medium ait naturam per se existentem esse illam, qua non indiget altera ut subsistat.

^{8.} Effectus
formalis
Subsist. in
natura

Vt autem melius declaretur, natura substantiae, queritur primò, quis sit veluti effactus formalis substantie: sive quid habeat natura per modum substantiae, quo per se simpliciter non habet? Respondeo naturam habere formaliter per substantiam, ut sit ultimò completa secundum existentiam, modo illi necessario ad existendum connaturaliter, qui modus est existere per se; modo supra dicto, utique sic constituta in esse supposito, non communicata, neque communicabilis alteri, ut sustentari, aut alteri hypostasi. Ita ut impossibile sit hoc totum ulteriori terminari hypostaticè, quamvis natura praecise sumpta possit simul alia hypostasi terminari, sicut natura divina terminatur cum tribus hypostabis Patris, Filii, & Spiritus sancti: sed non constitutum ex natura, & paternitate, aut ex alia hypostasi. De qua incommunicabilitate plura dicemus fact. 4. num. 34.

In hanc doctrinam consentiunt plerique Recentiorum, quorum tamen nonnulli addunt substantiam tribueri formaliter aliam incommunicabilitatem, sive excludere aliam communicationem actualem aut aptitudinem. A iunct enim repugnare substantiae, ut id quod substantia sit in alia, non modò, ut in subiecto sustentante, aut supposito terminante hypostaticè, sed etiam, ut in toto, cuius sit pars. Ratio est, quia substantia est idem quod suppositum. Est autem suppositum esse ultimò conclusum in seipso, & esse per se ipsum: quod autem est in alio tantum in toto, non est conclusum in seipso, sed conclusum in toto: neque existit per se seorsim, sed existit in alio, etque ens in ens, & ens in alio. Ex quo inferunt materia, & animam rationalem, non subsistere in composito. Extra compositum vero fatentur aliqui animam rationalem subsistere: alij negant: eò quod naturaliter est apta existere in toto, & communicari materia. Inferunt etiam nullas partes integrantes totius corporei subsistere: neque heterogeneas, ut caput, col-

lum, pectus, brachia, pedes: neque etiam homogeneas, ut partes aquæ Oceanii, partes terræ, partes montis, &c.

Sed haec opinio non placet. Primo, quia ad verum & perfectum conceptum substantiae, puto sufficere concipere modum positivum estendi per se, id est, si propria sufficientia, incommunicabiliter alteri, sive ut sustentanti, sive ut terminanti hypostaticè. Secundo, quia ex illa opione queretur Verbum diuiniūm vniūm humanitatis non subsistere aqua est in Christo ut in toto, constituto ex Verbo & ex humanitate. Neque satisfacit quod aliqui respondent, Verbum subsistere nihilominus, quia non perficit ab humanitate, aut ab illo toto in quo est. Quamvis enim non perficiatur; non minus tamquam est in Christo, neque minus communicatur humanitati. Quare si repugnat subsistere, & communicari alteri ut toti; repugnat Verbum distinctum subsistere, & simul Christum constitutere, est que in illo ut in toto. Et manifestum est rationem ab aduersariis allatam in confirmationem sue sententiae, ex quæ de Verbo concludere, ac de aliis: & non fundari in eo, quod id quod existit in alio ut in toto, perficiatur vel non perficiatur ab illo. Sed in eo, quod non sit conclusum in seipso, neque per se seorsim existat, quod de Verbo existente in Christo, ex quo verum est.

Quod vero addit Typhani lib. de hypostasi, cap. 67. Verbum subsistere in Christo, quia retinet suam totalitatem: & non esse partem, quia non est in aliquo perfectiori se, neque perficitur per accensum humanitatis, sed illam infinite perficit, refutabitur alibi fusiū in tract. de Incar. disp. 7. sect. 3. vbi ostendemus, responsum illam restringere voces Totius, & Partis, ad placitum & sine sufficienti fundamento auctoritatis vel rationis. Aliunde vero manifestum esse id quod componit cum altero, realiter & adæquatè distinctos esse partem compositi: & ex quo toto quoddam constitui, quod non est unum solum ex illis compositibus: sicut Christus non est solum Verbum, aut sola humanitas: tamque vere dici posse Verbum esse partem Christi: quam veredicitur Verbum componere Christum: neque magis debere Verbum perfici, ut dicatur esse pars, quam ut dicatur componere Christum, qui admodum affirmant Conci. Lateranen. sub Martino I. can. 8. & Synodus V. generalis can. 4. Pr. denique, iuxta doctrinam Typhani, naturam ipsam diuinam fore personam: & non esse in Deo tres personas sed unicas: quia natura divina non perficitur per hypostasis, seu proprietates relativas, neque amittit suam totalitatem in Pace, Filio & Spiritu sancto: iuxta illius Auctoris doctrinam pluribus locis. Neque melius est quod alij respondent, Verbum ita esse in Christo, ut ab eo non comprehendatur, sed in seipso illi super-

mineat: sicut, inquit, anima rationalis supereminet corpori, quā mens est. Licet enim Verbum non comprehendatur ab humilitate quoad actualem diffusionem sue imminutissimam, neque quoad virtualem amplitudinem suā vniuersitatis & virtutis terminandi naturam alienam, quā virtus infinita est, & non exhaustur capacitate finita humanitatis: tamen Verbum, etiam potest componit cum humanitate, & inreditur in constitutionem totius Christi, subsistens est: alioqui compositum illud non esset subsistens neque persona. Ut sic autem includetur in toto: quia quicquid componit aliud, in quantum componitur est intrinsecus & formaliter in illo quod componit. Ergo falsum est repugnare conceptui subsistentiarum, ut id quod subsistit sit in alio tanquam in toto.

10. Tertio, opinio suprà dicta repugnat aperi D. Thomae I. p. q. 75. art. 2. ubi expresse docet animam rationalem in corpore esse per se subsistentem: secus autem animas brutorum, &c. addit art. 3. Nimirum quia animae brutorum subiectio est & sunt sustentante, & pendente in existendo à materia ex qua educuntur. Anima vero rationalis non pendet à materia cui inhäret, neque est in corpore ut sustentata, sed vi propria stat, & quæ ac quando reparatur à corpore. Ob eandemque causam materia prima subsistit naturaliter, & ne quando est pars compositi, seu corporis naturalis: huc etiam si existeret separata. Et confirmatur, quia corpus & anima Christi fuerunt per se proxime & immemorabile unita Verbo divino hypostaticè: ideoque manserunt unita in triduo mortis Christi. Ergo sunt capacia propriæ & naturalis subsistentiarum, cuius loco fuerunt apta obedientialiter accipere diuinam. Nihil enim est aptum per se proxime & formaliter terminari hypostasi Verbi, nisi quod est apud subsistere per se, ac loco proprio subsistentia alienam accipere. Alioquin enim possent accidentia terminari hypostaticè. Eodem argumento probatur si genitum subsisteret, & alios humores corporis humani, qui fuerunt in Christo assumpti hypostaticè: & partes integrantes, ut caput, brachia, pedes, quæ si fuisse abscessa a corpore Christi, prædicti capitis ministratio, & cœlus fuisse, manserent & quæ unita Verbo, ac sanguis à corpore separatus. Ideoque dico de partibus heterogeneis vel homogeneis aliorum corporum. Et quidem nemo negat partes terreas, vel aquas subsistere post divisionem: diviso autem, vel pura uirgatio continuacionis, non dat illis formaliter modum positum esse diuine.

Dices si in homine corpus & anima rationalis subsistunt sūgillatione, & alia partes supra dicta: Ergo in homine sunt plures subsistentiarum. Ergo & plures hypostases, & plures suppositalitates, & plures

personalitates. Hæc enim omnia nomina in homine pro codem supponuntur. Nec proinde essent in homine plura supposita partialia, & plures personæ partiales: quod est absurdum & inauditum. Confirmatur quia ex misericordia sanctorum Patrum, hypostasis sine subsistente significat idem quod suppositum, aut persona si loquarum de suppositis intellectu alibus. A Scholasticis vero, dicitur elionis gratia, sumitur pro eo quod suppositum aut persona ad hanc supernaturam simpliciter: estque idem quod suppositalitas aut personalitas, seu ratio propria & complementum suppositi aut persona. Ergo ubique sunt plures subsistentie, sunt plures suppositalitates aut personalitates.

Repondeo esse quidem plures subsistentias & hypostases partiales: sed non propterea debere dici esse plures suppositalitates aut personalitates. Ratio est quia sicut nomen suppositu, & personæ, est nomen totius: ita non en suppositalitatis, aut personalitatis est nomen subsistentie totius, & non partis dumtaxat. Quare ubi non sunt plura supposita, aut plures personæ, non sunt plures suppositalitates, aut personalitates, licet sint plures subsistentias, & plures partes subsistentes: quia nomen subsistentiae & subsistentis abstractum à toto vel à parte. Sicut tamen anima & corpus non possunt dici plures homines partiales; quia homo est nomen totius: ita neque dici possunt plura supposita, aut plures personæ partiales: quia hæc nomina sunt & quæ imposita ad significandum totum indubitate, & non partes fecerunt.

Ad confirmationem Respondendum est Theologos illos loqui de subsistentiis totius substantialis, & de complemento naturæ substantialis perfectæ: non autem de conceptu generalissimo subsistentiarum, cuius natura non ita fuit ab antiquis Theologis explicata, ut non potuerit aliquid lucis accipere à Recentioribus accuratisimis, qui hoc in parte nobiscum sentiunt, & nominant suar. disp. 34. Metaphys. 5. num. 7. & sequent. & tom. I. in 3. p. disp. 14.

Instabis quia si anima rationalis in homine per se subsistit, & materia similiter: plus est subsistente in homine, quam in in homine, brutis, & in aliis compositis substantialibus, quorum formæ materialies non subsistunt. Respondeo ita esse: sed nihil minus subsistentiam materiæ sufficere in istis & totum compositum subsistat, id est, per se existat, ex parte materiæ, neque indiget alio ut sustentante per modum subiecti.

Quæritur secundum quomodo differant hypostasis sine subsistentia, suppositalitas, & personalitas: & consequenter quomodo differant, subsistens, suppositum & persona? Respondeo differre ut suppositus ab inferiori, id est, communius à minus communi. Nam omnis personali-

Quomodo
dilectio
subsistens
suppositum
& persona?

tas est supposititas: & omnis suppositali-
tas est hypostasis sua subsistentia: sed non
vice versa. Sic ut omnis homo est animal, &
omne animal est vivens: sed non vice versa.
Itaque latius patet subsistentia, quam suppo-
sititas: & supposititas latius patet, quam
personalitas. Quia subsistentia abstrahit a mo-
do essendi per se, totius vel partis: neque am-
plius habet in suo conceptu quam est per se,
id est, vi propria subsistentia, incommunicabi-
litas alterius, sive ut subiecto, sive ut termina-
ti hipostaticae, & complementi secundum exi-
stentiam. Supposititas vero dicitur ratione de
modo essendi per se totius substancialis comple-
ti, sive rationalis, sive irrationalis. Personalis
denique dicitur solum de modo existen-
di per se totius rationalis sive intellectualis.

Similiterque subsistens dicitur de quocun-
que existente per se, sive sit totum, sive pars.
Suppositum dicitur tantum de toto substanciali
completo in esse natura, & in esse hypo-
statico, sive rationali, sive irrationali, anima-
to aut inanimato. Persona vero dicitur tan-
tum de toto substantiale rationali sive intel-
lectuali, completo in esse natura & hypotho-
statico: ut de Deo, de Angelis, & de homini-
bus. Nam persona est nomen dignitatis,
& tribuitur solum individuis naturae intellec-
tualis, qua in eo praecellunt omnibus aliis,
quod habent liberum dominium in suis
actus, & non nullum agunt sicut alia, sed
per se agunt: ut recte ait S. Thom. q. 29.
art. 1. c. Quoniam illa differentia potest
esse solum penes connaturam, & non intrinse-
ce in ipsa hypostasi sive subsistentia. Nam
subsistentia materiae avulsa a toto & seorsim
existens, non diceretur supposititas:
acet eadem est intrinsecus, atque est tunc
quando componit totonc substantiale cum
forma materiali; quod totonc non habet
aliam suppositatatem, quam subsistentiam
materiae, qua iam fortitur nomen supposi-
tatis, quia est subsistentia totius denominatiunc.
Sic etiam si Verbum assumeret na-
turam brutam, non constitueret cum illa per-
sonam, sed suppositum: licet eadem est
hypostasis qua terminando naturam ratio-
nalem, putat humanam, facit cum illa per-
sonam.

Obiectio, si nomen suppositi & persona
est nomen totius: ergo Verbum divinum
componens Christum cum humilitate, non
est persona neque suppositum: quia non est
totum, sed pars illius compositi. Respon-
deo ita esse, loquendo de Verbo divino ut
reipsa Christum componentem: id est, non
debet dici personam & suppositum quatenus
componit & quatenus est pars. Vnde
in Christo non sunt duas personae, quarum
altera sit Verbum, & altera Christus: sed
una ex duabus naturis, coniunctis in una
hypostasi. Est tamen Verbum in eiusmodi
compositione id a quo formaliter est ratio
personae, & a quo totum illud compositum
constitutur in esse suppositi per diuinam eius
hypostasim: ideoq; Christus est suppositum
diuinum.

SECTIO II.

Per quid formaliter persona dicitur constituans
in ratione persona?

Quod in Deo sit vera & propria ratio
personae, fides & ratio naturalis docent.
Primum enim dicit per hanc vox non expri-
matur in sacris literis: res tamen ipsa exprimitur,
quam Concilia, & sancti Patres, &
Ecclesia uniuersa voce illa declarant. La-

teran. cap. 1. & 2. de sum. Trinit. Toletan.

XI. in Confess. fidei, Hispalense secundum

can. 13. Athana. in symbolo: Hila. lib. 3.

de Trinitate non longe a fine, & in clavi sive

introitio in Psalm. primum, initio: Hero-

nym. epist. 57. Augustin. lib. 7. de Trinit.

cap. 4. circa medium, Fulgent. lib. de fide

ad Petrum cap. 1. Ecclesia denique Latina

uniuersa sic canit in Praiseatione Missæ de

Sanctissima Trinitate: In essentia unius, & in

personis proprietas, & in Majestate adoratur

equalitas. Ratio quoque naturalis idem

aperte docet, abstrahendo tamen ab unitate

vel pluralitate personarum, qua plura sunt

in diuinis naturaliter nobis cognitis est. Et

enim persona nihil est aqua, quam natura

intellectualis substantia individua comple-

ta, & ultimè terminata secundum existen-

tiam, sive incommunicabilitate alterius ut termina-

ti: & ut subsistentia aut susten-

tanti: vel ut alij loquuntur, pente subsistentias

incommunicabilitate, modo scilicet superio-

ri sectione explicato. Atqui Deum talem

esse naturaliter notum est: Quia necesse est

omnem rem existentem habere ultimum

terminum & modum suæ existentia, si existat

connaturali modo: ut de diuina natura sen-

sire oportet: neque enim potest à statu sibi

connaturali abducatur aut impeditur: Hic autem

terminus in natura substanciali est subsistentia

sive hypostasis, & in natura intellectuali per-

sonalis appellatur: ut supra dictum est. Est

quoque naturaliter euidem naturam diuinam

non egredi aut esse in alio ut in lecto suspen-

tante, vel alio quopiam termini ut hypo-

stase, quam propria hypostasi, sive unitate, sive

multiplici.

His praemissis Respondeo, Patrem, Filium,

& spiritum sanctum esse utriusque formaliter in

ratione personae, non per communem subsi-

stentiam naturae, qua nulla est: sed per tres

relationes, realeiter distinctas paternitatis, &

conformatitatem, & spirationis passiuæ: quibus quar-

ta relatio, spiratio videlicet aeterna, commu-

nans Patri & Filio, non est annumeranda.

Prima pars est Aenensis, Bonavent. Ri-

ardi, & aliorum veterum Scholasticorum, quos

citant & sequuntur Vlaq. 1. p. disput. 125.

cap. 3. Valent. disp. 2. q. 3. p. 3. pur. 3.

colum. 3. Recan. cap. 3. q. 9. & alij Recen-

tores. Probatur, quia de fide est tres esse

personas diuinas, & non plures, neque pau-

ciores. Ergo sunt tres subsistentiae seu per-